

sacri Concilii Trid. *scilicet 17. ses. 24. cauetur.* Ex quibus inferitur, quod etiam si prædictus Petrus esset Sacerdos, vel esset probata dicta consuetudo, quod utrumque & vnum quodq; deficit, adhuc non deberet nec posset ei conferri dicta capellania, propter incompatibilitatem residentie vtriusq; beneficii. Item alio ex capite excluditur etiam dictus Petrus, quia cum fundator ita demum iubeat præferri propinquiores ipsius, scilicet, *siendo idoneo.* Et idoneus iniuriæ alio sensu dicitur ille, qui non habet aliud beneficiū, quia qui illud habet, non est idoneus ad aliud obtinendum, *ut in c. 1. de preben. in 6. & in dubio testator videtur se conformare cum iure communi, ut probat text. & ibi notant Dd. in l. heredes mei. ff. ad Trebell. constat ex voluntate fundatoris, voluisse excludere dictum Petrum a petitione & provisione huius capellanæ, etiam hac alia ratione, quia prædictam dignitatem habeat, cum sit beneficium satis pingue, & ob eam rem non sit idoneus ex iuris dispositione ad suam capellaniam obtinendam.*

Superest nunc, vt descendamus ad exclusionem alterius oppositoris, scilicet Francisci, qui est Sacerdos, & vt ipse præterdit, consanguineus fundatoris. Cui præterditio, nihil probasse: nam sua probatio est summaria facta sine parte, & testes non fuerunt reproducti in hoc iudicio: & ita est nulla, quia facta sine citatione partis, *ut in c. 2. de testib. & ibi late tradunt Dd. & in l. si quædo. C. eod. tit. quibus consonat l. 23. tit. 16. part. 3. adeo vt neq; nullum iudicium faciat, vt tenet Felin. in d. c. 2. n. 3. & Ant. Gom. alios allegans 3. tom. c. 12. de probat. nu. 20.*

Imo præterditio recepta in summario iudicio absque partis citatione sunt iam mortui, adhuc nullam fidem faciunt, vt tenet singulariter Innoc. in cap. cum in tua, de testib. vbi Abb. nu. 4. testatur eius opinionem communem esse, & sequuntur omnes Dd. ibidem secundum Felin. in c. presentia, nu. 1. 4. eod. tit. Vnde cum hic oppositor non probauerit se esse consanguineum fundatoris, minime est admittendus, imo excludendus tanquam non probans fundamentum suæ intentionis.

Sed & alio ex capite excluditur Franciscus scilicet ex d. decret. 17. ses. 24. Concilii Trid. eisdem modis considerata, quibus fuit expensum contra dictam Petrum. Quia dictus Franciscus obtinet aliud beneficiū in Ecclesia cathedrali, requirens personalem residentiam, cuius fructus & proventus sufficientes ad congruam sustentationem ipsius Francisci, vt probatum existit in processu. Et præterea, hoc ipsum iste allegauit contra dictum Petrum, & quod quis ponit in libello, videtur confiteri, *ut in l. eam precium. C. de lib. caus. & quod quisq; iur. & c.*

At vero dictus Didacus nullum habet beneficiū Ecclesiasticum: & sic omnibus modis dicitur & est idoneus ad hanc capellaniam obtinendam: quia in eo concurrunt omnes qualitates debitæ & requisitæ, & absunt, quæ nocere possent. Ceteri præterdicti oppositores sunt laici, vel saltem non sunt Sacerdotes, nec probant consanguinitatem cum fundatore: ideo repellendi sunt, imo ipsi se repellunt. Restat igitur, vt vel ipso iure exigente dicta capellania sit necessaria prouidenda dicto Didaco, & non alii, & ita de iure respondi ego D. Ioannes Gutierrez, & accesserunt meo iudicio alii viri graues atque perdocti.

SUMMARI A.

- 1 Testator fundans capellaniam vel Ecclesiam, potest apponere tempore fundationis quacumq; pacta & conditiones, voluerit, & sunt seruanda.
- 2 Testator fundans capellaniam potest eam facere Sacerdotalem.
- 3 Testator potest apponere conditionem in fundatione capellanæ vel Ecclesie, quod sui patronatus non transeat, nisi ad heredes sanguinis, si hoc Episcopus consentiat.

- 4 Presentatio alteri facta de non habente præqualitatem generis, parentelæ & consanguinitatis expressam in fundatione, est inualida.
- 5 Habens tantum vnam qualitatem ex duabus testatore requisitis, non admittitur.
- 6 Duobus testantibus in eadem carta, sunt duo testamenta.
- 7 Licentia a Principe concessa marito & uxori ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, uterque parentum potest in filium, quem velit, facere maioratum.
- 8 Pluribus resoluatur in plures singularitates, quando non resultat absurdum: præsertim quando est relata ad plures, & in persona cuiuslibet suum distinctum & consummatum sortitur effectum.
- 9 Maritus & uxor si simul faciunt maioratum de suis bonis in eorum consanguineum proximiorum, existantibus, consanguineo ex parte mariti, & alio ex parte uxoris, quis eorum succedat in maioratu?
- 10 Observantia multum prodest ad declarationem cuiusq; dispositionis.
- 11 Clerici de quorum bonis est fundata Ecclesia, instituenti potius sunt in ea quam alii.
- 12 Vnum tantum beneficiū in posterum est singulis conferendum, & c.
- 13 Pauper idoneus præfertur diuiti in beneficio simplici curato, quando Ecclesia non eget pecuniis.
- 14 Patronus non potest alterari, nec commutare voluntatem testatoris.
- 15 Superior aliquem instituens iure deuoluto ob negligentiam patroni, debet instituire idoneum iuxta voluntatem testatoris.
- 16 Idoneus est presentandus ad beneficiū.
- 17 Ille dicitur idoneus ad beneficiū, qui potest & vult deservire in eo.
- 18 Verba libi cuiusque non conueniunt, nec ipsius dispositio locum habet.
- 19 Qualitas Sacerdotii requisita debet interuenire tempore presentationis, siue actus, siue promotionis, nec sufficit apertudo.
- 20 Beneficiū aliquod quoties conferri non potest ex lege fundationis, statuto vel consuetudine, nisi habentis sacrum ordinem vel Sacerdotium, non potest prouideri alteri, quam illud habentis.
- 21 Prima iustitiam requiritur ad minus ad quodlibet beneficiū obtinendum.
- 22 Idoneus, dignus, dignior & indignus, quis dicitur ad capellaniam vel beneficiū obtinendum?
- 23 Clericus dicitur sanctus, siue orundus ex Episcopatu vbi est beneficiū præfertur alienigena.
- 24 Idoneo de collegio vel loco stante, nullo modo potest presentari forinsecus, seu alterius collegii vel loci: & colator debet præferre orundum non orundo.
- 25 Presentatio redditur subreptitia & nulla, non facta mentione, quod presentatus sit forinsecus.
- 26 Inter plures æqualiter promotos in vno loco præfertur, qui merito, nobilitate aut scientia alios antecellit.
- 27 Literatus data paritate in ceteris præfertur indocto, nisi aliter Ecclesia necessitas suaderet.
- 28 Sacerdotium potest non prouideri priori, cui aliquid ius erat quæsitum ex suo sacerdotio, etiam si secundus haberet maiorem qualitatem.
- 29 Hoc fallit si primus non habeat qualitates requisitas.
- 30 Senior in dubio in beneficiis conferendis præferri debet.

CONSILIVM II

Vertitur lis inter Ioannem presbyterum ex vna, Antonium etiam presbyterum ex alia, item & Antonium

tonium non presbyterum ex alia partibus inuicem ligantibus super capellania vacante, quam fundauit quædam Cæcilia. Et salua correctione melius sententiaris arbitrator, prædicto Ioanni de iure esse prouidendam atq; conferendam præfatam capellaniam, ceteris postpositis.

¶ Et primo, quia præsupponi debet, quod testator fundans capellaniam vel Ecclesiam, potest apponere tempore fundationis quacumq; pacta & conditiones voluerit & sunt seruanda ex regula iuris vulgata in l. in traditionibus, ff. de pact. Rolan. a Valle consil. 62. num. 14. vol. 1. Et in concessione feudi late Peccius consil. 33. nu. 16. & 17. lib. 1. Et tradidi in terminis in consil. preced. nu. 1. & 2. Vbi iura & alios Dd. allegauit: Ex quibus constat, quod omnia contenta in clausula fundationis huius capellanæ sunt ad vnguem obseruanda, scilicet, quod capellanus teneatur dicere, vel celebrare tot Missas in singulis hebdomadis item quod capellanus sit consanguineus fundatoris, vt in clausula patet, pro quo adest text. expressus sacri Concilii Trid. *ses. 25. c. 5. de reform.*

¶ Quia præterditio testator, qui fundat capellaniam, facere etiam Sacerdotalem, vt ex dictis patet, & præterea probatur in cap. significatum, de preben. & ibi Dd. & Cesar Lambert. in tract. de iure patron. 29. art. 7. quæst. princ. 1. part. 1. lib. num. fol. 79. in nouis. & ita pluries reperitur in iure facta mentio de beneficiis habentibus annexum Sacerdotium ex fundatione testatoris, vt est gloss. in m. a. in c. 1. in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. & gloss. in clem. vt hi qui, ver. b. annexi, de etate & qual. & alibi sepiissime, & a fundatore recedere non licet, vt in d. cap. significatum, & in clem. qua contingit, de religio. domib.

¶ Secundo, quod ex prædictis, inferitur posse fundatorem apponere in fundatione, vt ius patronatus suæ Ecclesie vel capellæ non transeat nisi ad heredes sanguinis, ita in terminis optime probat & concludit Paulus Paris. consil. 48. nu. 7. lib. 4. vbi hoc verissimum existimat, quod huiusmodi dispositioni cõsentit Episcopus, sicut in fundatione huius capellanæ cõsentit, quod quidem eam erexit iuxta fundatoris voluntatem, & hanc opinionem alios allegans testatur a Dd. communiter receptam D. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. col. 247. v. 5. ex quibus infero. Ergo idem est in capellano, vt cum alii affirmat Didac. Perez vbi supra, vtra quem tenet etiam Felin. in tract. quando liter. Apostol. col. 2. Rochus de Cyp. de iure patron. v. b. honorificum, quæst. 18. nu. 1. Lambert. de iure patron. 3. part. 2. lib. quæst. 5. art. 5. num. 8. & 11. fol. 226. & seq.

¶ Adeo, quod vt aliter facta presentatio de non habente prædictam qualitatem generis, parentelæ seu consanguinitatis expressam in fundatione, est inualida, vt cum Cardin. consil. 48. incip. quidam nobiles duo aut plures, & alii resoluit D. Didac. Perez vbi supra, ver. sic, quod ad eo procedit.

¶ Quia ratione si testator requirat duas qualitates in patrono, puta, quod sit ex institutis hereditibus descendens, & heres, qui tantum vnam qualitatem habuerit, admittetur, nec admittendus est ad prædictum ius patronatus secundum Paris. d. consil. 48. num. 9. 18. & 19. vol. 4.

¶ Secundo, & principaliter iustitia dicti Ioannis ex eo vel maxime apparet, imo vero demonstratur, quod ipse optime probauit esse consanguineum dictæ Cæcilie fundatricis intra quatuor gradum consanguinitatis, Sacerdotem habilem & sufficientem ad seruandum huic capellaniam. Ipse vero Antonius presbyter non probauit saltem concludenter esse consanguineum Francisci mariti fundatricis, qui simul etiã fuit fundator, quia testes ipsius deponunt de auditu, & plures sunt propinqui producẽtes eos; & est obiectum in suas personas de hac repulsa, minimeque articulauit esse con-

sanguineum prædictæ Cæcilie fundatricis, imo in rei veritate non habuit eum ea aliquam consanguinitatem, vt per dictum Ioannem fuit probatum. Itaq; deficit prædicto Antonio presbytero vna ex præcipuis qualitatibus requisitis in capellano scilicet, quod sit de sanguine fundatricis, ac per consequens sua nominatio facta per patronum ad hanc capellaniam, est nulla vel saltem inualida minimeq; admittenda per prædicta, etiam si optime probasset consanguinitatem cum dicto Francisco marito fundatricis, simulq; cum ea fundate, quia vir & uxor in suo testamento, quod simul condiderunt, fundarunt duas capellanias ex bonis propriis communibus, singuliq; singulis proprios capellanos nominarunt, scilicet, vir proprium consanguineum, uxor sibi coniunctum; in superq; cauerunt, vt his deficientibus capellania vocans conferatur consanguineo sui generis, & capellania nunc vacans, quæ de præteriti est prouidenda, est dictæ Cæcilie; Nam semper delata siue colata fuit consanguineis ipsius, & non mariti, & habita & nuncupata, de la dicitur Cæcilia Vazquez: & altera capellania, quæ est dicti Francisci, non vacat nunc, & eam habet semperq; habuit consanguineus dicti Francisci, non vero ipsius uxoris, vt sufficienter probauit dictus Ioannes. Quo fit, vt capellania hæc nunc vacans, cum sit dictæ Cæcilie, veniat omnino prouidenda prædicto Ioanni ipsius propinquo, quamuis non sit consanguineus dicti Francisci, non vero dicto Antonio, quia quamuis sit coniunctus Francisco, non tamen est uxoris ipsius propinquus, quod probatur.

¶ Quia præterquam instrumentum fundationis sit vnum, sunt tamen duo testameta propter duos testantes vel disponentes, vt tenet Oldrad. consil. 17. 4. loquens in terminis maioratus a viro & uxore simul facti in eadẽ carta & scriptura, vt censentur facta duo primogenia diuersa atq; separata, adeo, vt vterq; valeat primogenitum suum ad libitum reuocare; quam doctrinam sequuntur plures, quos in vnum congesti in mea repetitione c. quamuis pactum, in princ. n. 46. de pact. in 6. & nouissimè post me idem facit D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 2. n. 34. fol. 136. Vnde sequitur, quod cum sint duo testameta, vnum viri, alterum uxoris, vnuquisq; eorum videatur prouidisse suo consanguineo, arg. l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. bonus text. in cap. vnic. de duobus fratribus a capitulo inuestit. in vrb. iura.

¶ Facit optima doctrina Palat. Rub. in quæst. maioratus, 99. quem refert, sequitur & probat D. Burgos de Paz Iunior in l. iuris quæst. lib. 1. num. 13. contra Cels. consil. 117. num. 4.

¶ Vbi tenet Burgos de Paz cum Palat. Rub. vbi supra, quod si Rex licentiam concederet marito & uxori faciendi maioratum in vnum ex filiis eorum, vterq; parentum posset in filium, quem voluerit, facere maioratum, vnus in vnum, & alter in alterum, referendo singula singulis, per iura quæ ibi allegat.

¶ Maxime, quod in proposito expressum est in testamento præfatorum coniugum, quod sint duo capellani perpetui, & sic diuisæ sunt capellanæ & dispositiones, ac per consequens ex expressa testatoris voluntate pluralitas illa, partente de nescrolmage, resoluitur in plures singularitates, cum non resultet aliquid absurdum, vt in l. si i. §. si. ff. de condit. & demonstrat l. si chorui, ff. de legat. 3. nempe, vt vna ex prædictis capellanis prouideatur consanguineo viri, altera vero propinquo uxoris, quo fit, vt cum capellania vacans sit dictæ uxoris, quia semper fuit prouisa consanguineo ipsius absque eo, quod esset coniunctus viri, sit & est omnino prouidenda dicto Ioanni, cum sit consanguineus dictæ Cæcilie, non vero dicto Antonio, cum non habeat hanc qualitatem consanguinitatis cum ipsa fundatrice, quandoquidem omnes limitationes, quas patitur dicta regula,

que habet; Quod pluralitas resoluitur in singularitates, cessant in nostro casu, in quo testatores ipsi diuiserunt capellaniam precipientes, vt duobus capellanis conferratur; Vnde visi fuerunt velle, quod vna ex his prouideretur consanguineo ipsius viri, altera vero vxoris. Præmaxime, quod verba illa: *De nostro linage*, sunt relata ad plures capellanos, & in persona cuiuslibet suum distinctum & cõsummatũ fortuitur effectum; Ergo merito pluralitas illa, *De nostro linage*, resolui debet in singularitates, vt Bart. & Dd. præsupponunt in d. l. f. l. s. s. finita intelligentes text. ibi & expresse Angel. consil. 265. incip. dictum legatum relictum est, col. 2. refert & sequitur ex communi doctrina Dec. consil. 50. num. 3.

Et in terminis similibus, in materia maioratus cõditi a marito & vxore simul in eodem testamento institutis filio & eius descendentibus ordine successiuo, in quorum defectum vocantur consanguineum propinquorem dicendo, videlicet *veniat in defectum eorum consanguineus noster propinquior*, quod vnusquisque eorum (scilicet condentium maioratum) videatur prouidisse suo consanguineo. His duobus fundamentis hanc opinionem tenet expresse Greg. Lop. in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss. en el mas propinquo pariente, col. 2. in versic. sed pone, fol. 47. vbi eodem themate retento ait, quod si maritus & vxor expresse voluerunt & disposuerunt, quod esset vna tantum maioria semper, ita quod non possit verificari, quod supradictum est, scilicet vt succedant duo, vnus in bonis viri, & alter in bonis vxoris, imo vnus tantum debet succedere, tunc videtur, quod præferatur proximior consanguineus cuiusque ipsorum, per text. in l. cum sta legatur, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2. propter vnitatem sermonis: sed in proposito hoc vltimum cessat, ex quo testatores expresse disposuerunt, vt duo capellani semper succederent & seruirent dictam capellaniam, & ita vnus debet esse de genere viri, & alter de genere & sanguine vxoris: profecto expressa est & maxime habenda in proposito determinatio hæc Gregorii Lopez optime fundata per supradicta: tum præterea & approbata in nostris terminis per vsum & consuetudinem, quandoquidem semper sic obseruatum fuit in his duobus capellanis, vt probatum existit in processu, & ea, quæ certam interpretationem habuerunt, minime sunt mutanda, vt in l. m. m. m. ff. de legib. S. ylan. consil. 88. num. 27. lib. 2.

Vbi, quod obseruantia multum prodest ad declarationem cuiuscunque dispositionis, non tantum, quæ præcedit, sed & multo magis, quæ subsequitur, vt notatur in cap. cum dilectus, de consuet. & tenent plures Dd. quos ibi allegat, & nu. 28. addit, quod in ista obseruantia seu consuetudine declaratiua non requiritur præscriptio, sed sufficit, quod aliquibus vicibus ita fuerit obseruatum, secundum Ant. de Batr. & alios quos refert.

Pro quo facit gloss. solemnis in c. neminem, 70. distin. verb. sine possessionis, quæ habet, potius esse illos clericos institutos, de quorum bonis est fundata Ecclesia, cum qua transeunt ibi simpliciter Archid. & Præposit. sequitur Cæsar Lambert. art. 4. §. 5. quæst. princ. 3. part. 2. lib. nu. 4. & 10. Ergo cum hæc capellania sit instituta ex bonis D. Cæcilia, merito, quod ipsius consanguinei debeant in ea institui & aliis præferri. Nec aduersus hoc obstat, quod aduersa pars allegat, dicens, quod testatores in præsentia sua fundatione, deficientibus capellanis nominatis, vocauerunt quandam consanguineum viri, nõ vero vxoris. Quia huic obiectioni respondeo, illam fuisse particularem nominationem atque vocationem in illo duntaxat casu & fauore illius personæ factam, & præterea non fuit sortita effectum, & ita tanquam ius singulare non debet in consequentiam adduci, vt in l. quod vero, & in l. cum singulari, ff. de legib. cum similib. Et casus præsens debet decidi ex aperta voluntate & dispositio-

ne testatorum regulariter in posterum stabilita. Item ille casus singularis sua peculiari ratione nititur: quia cum esset dubium atque omnino incertum, quæ capellania ex his duabus prius vacaret, merito, quod illa prouideretur consanguineo viri dilecto, nominatoque ab eisdem. At noster casus non est huiusmodi: quia est certum, vacare capellaniam vxoris, vnde ipsius consanguineo prouidenda est.

Secundo principaliter ea ratione excluditur dictus Antonius presbyter, quia habet aliud beneficium Ecclesiasticum pingue, cuius redditus & prouentus ad centum millia dipondiorum quotannis ascendunt, ita vt sufficiant ad ipsius Antonii congruam sustentationem, vt optime probatum existit in processu, atque præterea est de se notum, sufficere ad alimenta cuiuslibet clerici, quamuis sit nobilis atque curiosus cuiuslibet cibis deditus prædicta quantitas annua. Et sic obstat ei text. expressus S. Concilii Trid. sess. 24. c. 17. de refor. ibi, vt in posterum vnus tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, & c. Nec obstat, quod dictus Antonius habeat patrem aliosque consanguineos pauperes, quibus alimenta ministrat, ideoque sibi opus esse atque ege- re vtroque, scilicet beneficio prædicto & hac capellania.

Quia respondeo primo contrarium esse probatum, nempe beneficium prædictũ sufficere ad sui suorumque alimoniam. Secundo, sanctum Concilium, vbi supra, tantum considerasse personam beneficiati in proposito, non vero ceterorum sibi atinentium, vt constat ex eodem ibi: *Quod quidem si ad vitam eius, cui conferatur, honeste sustentandam non sufficit, & c.* Pondera verbum, ad vitam eius, cui conferatur, absolute positum, quia non dixit, & parentum suorum vel aliorum consanguineorum in casu necessitatis: Igitur ad sciendum, an fructus beneficii sufficiant ad congruam sustentationem necne, vt alterum beneficium eidem conferri possit, haberi tantum debet respectus ad personam ipsius beneficiati, non vero ad alias, quamuis sibi propinquissimas, vt ita dicam. * Et in terminis post prædictum decretum Concilii Trid. ita late probat Magister Beia in suis casib. conscientia, casu 59. vers. hac tamen sententia. * Sed quia contrarium de iure probat in hoc Petrus Duen. in reg. 71. l. m. i. vbi quod debet attendi qualitas personæ, vel quia forte habet parentes, aut consanguineos suis expensis alimentandos, & quod beneficium dicitur sufficiens, quando sufficit sibi & suis, id est omnibus, quos quis secum habere debet necessario, vel quibus iure nature prouideri tenetur. * Voluit etiam ante Concilium Cardin. in clem. gratias, de rescript. quæ sententia ante Concilium Trident. defendi poterat, non vero post, vt prædiximus. *

Nihilominus tamen hæc secunda ratio coadiuuatur ex resolutione communi tradita per Cæsar Lambert. de iure patron. 3. part. 2. lib. art. 3. §. 5. quæst. princ. fol. 225. vbi concludit, quod data equalitate idoneitatis in duobus præsentatis ad capellaniam, vel idoneiore existente diuite, præferatur pauper idoneus in beneficio simplici non curato, quando Ecclesia non eget nec est onerata debitis, alias secus: idem probat Roch. de Curt. in eod. tract. de iure patron. verb. honorificum, num. 42. Ergo etiam si prædictus Antonius esset consanguineus fundatricis, cum ipse & dictus Ioannes sint æque idonei respectu Sacerdotii, & Ecclesia non egeat nec vlla debita habeat, præferendus est dictus Ioannes tanquam pauper dicto Antonio diuiti existenti, & a fortiori in nostro casu, quando quidem dictus Antonius nõ est consanguineus testatricis, nec idoneo dicto Ioanne.

Non obstat ratio, qua nititur dictus Antonius dicens, se esse nominatum atque præsentatum ad hanc capellaniam per verum patronum, ideoque, se esse præferendum ceteris: quia non sunt præsentati a patrono, cum

in fun-

in fundatione requiratur, vt capellanus sit nominatus a patrono, quæ qualitas desideratur in dicto Ioanne, & adest in dicto Antonio. Ergo is præferendus est.

14 Nam respondeo, quod patronus, neque cuius alius non potest alterare nec commutare voluntatem testatoris: imo iuxta eam & ipsius tenorem debet nominare capellanum qualificatum, & aliter facta præsentatio de non habente qualitates requisitas, puta sanguinis, est inualida, vt supradictum est. Et præterea probatur optime in decret. 5. de refor. sacri Concil. Trident. sess. 25. & iterum sess. 22. cap. 4. ad fin. de refor.

15 Et in nostris prope terminis, quando superior aliquem influit iure deuoluto ob negligentiam patroni, quod debet idoneum instituire secundum voluntatem fundatoris seruando & non dispensando contra eam, tenet plures referens Cæsar Lambert. de iure patronat. in 7. quæst. princ. 3. part. art. 13. lib. 3. & in 30. art. 7. quæst. princ. 1. part. lib. 2. num. 4. idem pluribus probat Rebuff. in tract. nomina. quæst. 8. num. 21. & seq. Vnde cum dictus Ioannes habeat & in eo concurrant omnes qualitates requisitæ in fundatione, ipse habere dicitur vocationem a testatore, ac per consequens præferendus est.

Restat, vt deueniamus ad alterum Antonium non presbyterum tertium oppositorem. Circa quem res est clara, quia ex verbis fundationis huius capellaniam constat, quod capellanus tempore præsentationis debet esse Sacerdos: quia testatores præcipiant, vt capellani dicant siue celebrent Missas, & hoc sæpius repetunt, imo dicant, quod capellani teneantur dicere Missas: & ex geminatione verborum magis enixa voluntas apparet, iuxta text. cum materia in l. Bullista, ff. ad Trebellian.

16 Item t ad beneficium idoneus est præsentandus, cap. super inordinata, de reben. cap. cum in cunctis, de elect. cap. 3. cap. significasti, de iure patron.

17 Et si ille dicitur idoneus ad beneficium, qui potest & vult deseruire in eo: text. est in indiuiduo hoc probans in d. cap. super inordinata, & sic duo debent concurrere velle & posse, quia omnes actus humani regulari a duobus principiis, scilicet volitio & potestatiuo, vt probatur in cap. super Abbacia, de off. del. q. 1. vbi Anchar. notat: sed non Sacerdos non potest dicere Missam, imo si eam diceret, incideret in penas congestas per Bernard. Diaz in sua pract. cum cap. 12.

18 Ergo t necessario requiritur, quod capellanus prouidendus sit Sacerdos. Quod etiam probatur, quia vbi cumque non conueniant verba legis vel testatoris (quæ sunt lex, vt in authent. de nupt. §. disponat, collat. 4. cum vulgarib.) neque eius dispositio locum habet, text. vulgaris & ibi notat Dd. in l. 4. §. 1. toties, ff. de dam. infect. & alibi sæpius. Quibus fundamentis hanc opinionem in terminis tenet Andr. Barbat. in allegatissimo illo suo consil. 33. incip. scripsit Psalmista, in 4. & 5. col. vol. 2. quem refert & sequitur plures allegans Cæsar Lambert. vbi supra, 27. art. 7. quæst. princ. 1. part. 2. lib. num. 1. & seq. fol. 230. in antiq. & fol. 78. in nouis, quos etiam refert & sequitur D. Didac. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. col. 246. versic. notabile etiam est dubium, vltra quos eandem opinionem sequitur alios allegans Rochus de Curt. in tract. de iure patronat. verb. honorificum, num. 21. fol. 15. in parnis, & Rep. in lex facta, num. 31. ff. de vulg. & pupill. substit. Dec. consil. 129. num. 5. Abb. optime in cap. dilecto, in 2. notab. num. 3. de testib. idem in effectu tenet Ioan. And. in addit. ad gloss. cap. ei, cui, versic. sacerdotalis, de prebend. in 6. Ergo cum testatores in hac fundatione expresse apposuerint verba supradicta, requiritur necessario, quod capellanus prouidendus sit Sacerdos. Præterea supradicta procedunt, etiam si testator dixerit, quod præsentetur clericus, qui celebret vel per alium celebrari faciat, quia nihilominus Sacerdos est præsentandus: quia supradictam

facultatem concessit testator capellano, vt si forte esset impeditus aliquo impedimento, possit facere celebrari per substitutum: non tamen per dicta verba voluit dispositionem suam ampliare, vt præsentandus ad illam capellaniam non sit actu Sacerdos. Ita tenet & bene probat Barbat. vbi supra, & Cæsar Lambert. vbi supra, art. 28. statim seq. per totum.

Et supradicta adeo procedunt, vt hæc qualitas Sacerdotalis debeat interuenire & adesse tempore præsentationis siue actus atque promotionis, nec sufficit aptitudo, & sic ætas habilis ad se ordinandum intra annum, de quo in cap. licet canon. de elect. lib. 6. & in clem. vbi, qui de atat. & qualitat. Quia illa iura loquuntur & procedunt in qualitate Sacerdotii requisita a iure communi, nos vero quando est annexa beneficio, ex lege fundationis, privilegio vel consuetudine: quia tunc requiritur, quod tempore præsentationis siue promotionis præsentandus siue promouendus habeat actualiter illam qualitatem, ita distinguit & declarat Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. & 11. de elect. sequitur Rochus de Curt. vbi supra, d. verbo, honorificum, num. 21. per totum, vbi refert decisionem Rotæ de prebend. in nouis de elect. 1. & est ad finem dicte decisionis optime Barbat. vbi supra, ad fin. & Cæsar Lambert. vbi supra, art. 29. statim seq. per tot. vbi testatur communem opinionem sufficere, esse ætatis idoneæ præsentandum per patronum, vt infra annum possit promoueri ad ordinem requisitum ex dispositione iuris communis, vt in Ecclesia Parochiali & similibus, locus si ex lege fundationis, vt in nostro casu. Eandem opinionem tenet Rebuff. in pract. beneficiorum, in requisita ad collat. bonam, num. 33. & 34. pag. 361. & Imol. in d. clem. ut in, qui, col. 9. versic. secundo, g. offi. & optime Ripa vbi supra. Vbi in terminis nostris expresse tenet, non sufficere, patronum præsentare non Sacerdotem, licet intra tempora a iure statuta promouetur ad Sacerdotium: sed oportet, quod præsentatus sit Sacerdos tempore præsentationis.

29 Quorum hæc ratio, quia quotiescumque ex fundatione statuto vel consuetudine beneficium aliquod non potest dari, nisi habenti sacrum ordinem vel Sacerdotium, tunc non potest prouideri alteri, nisi habenti illum ordinem vel Sacerdotium, iuxta gloss. in c. si eo tempore de rescript. in 6. & gloss. in manus. & ibi Dd. in d. clem. ut in, qui, versic. annexi, sequitur Bonifac. in pregrin. leg. part. verb. beneficium quæst. 3. gloss. confisendum, in fin. & Gregor. Lop. in l. 3. tit. 16. part. 1. in gloss. cator 5. annos. Sed dictus Anton. tempore oppositionis nõ habebat, nec nunc habet hanc qualitatem Sacerdotii, nec alicuius alterius Ordinis sacri: Igitur notorie constat de nõ iure suo, ac per consequens condemnandus venit in expensis litis præter sui ipsius exclusionem.

Imo, t quod magis est nec dicto tempore habebat primam tonsuram, nec alios minores ordines: sine qua dicta tonsura minime poterat nec potest præsentari nec admitti ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum, etiam si prædicta capellania Sacerdotium non requiret, prout requirit, vt affirmat & probat Lambert. vbi supra, in 2. art. 7. quæst. princ. 1. part. 2. lib. nu. 15. fol. 16. in nouis & iterum in d. 29. art. 7. quæst. princ. 1. part. 2. lib. fol. 79. n. 4. Nec sufficit, quod postea durate hac lite fuerit effectus primæ tonsuræ. Quia primo respond. id requiri tempore præsentationis & oppositionis, & sic non sufficit, quod postea superueniat supradicta qualitas, vt supra est in qualitate presbyteratus requisita ex fundatione, privilegio, statuto vel consuetudine. Et præterea in terminis primæ tonsuræ tenet & probat Lambert. in duobus locis modo proxime relatis: vbi affirmat, quod omnino requiritur clericatus tempore præsentationis: & sic non sufficit, post præsentationem laicum in continenti clericari, vt in c. si clericus, de preb. lib. 6. Secundo,